



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Domitii Plati Societatis Iesv Theologi, De Domini
Nostri Iesv Christi Passione**

Piatti, Domizio

Coloniae Agrippinae, 1610

Ex Apparatu Sacro Antonii Posseuini Societatis Iesv Theologi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49474](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49474)

EX APPARATV

SACRO ANTONII POSSE-

uini Societatis IESV

Theologi.

DOMITIVS PLATVS Mediolanensis, Societatis IESV, & Frater Hieronymi Plati, qui scripsit de bono status Religiosi, edidit librum à se conscriptum Italicè, prænotatum autem, Tractatus Passionis Saluatoris, cum Praxi orationis ad ipsam Passionem vtiliter meditandam. Et Praxi quidem hæc duodeuiginti capitibus comprehensa, eò magis est prælegenda, quo magis ad omnem orationem ritè habendam est vtilissima; Nā quicquid spectat ad præparationem, ad præludia siue præambula, ad Meditationem, atque ad materiale, ac formale meditationis, atque ad eiusdem meditationis actus, & ad colloquia, sic proponit, vt eadem omnia cum à limpido fonte hausisse, tum in seipsum deriuasse appareat. At quod ad tractatum Passionis attinet, is in septem Considerationes partitus: In primæ capitibus decem, Personam quæ patitur.

patitur. In secundæ quinque capitibus; Pœnas, quas in anima sustinuit. In tertiæ totidem capitibus; Pœnas, quas in corpore. In quartæ capitibus quatuor; Pœnas, quas ex iniurijs & improperijs. In quintæ capitibus quinque, causas efficientem, ac finalem Passionis. In sextæ capitibus quatuor: effectus Passionis, & mortis Christi Domini nostri. In septimæ quinque capitibus; fructus, qui capiuntur è Passione D. nostri Iesu Christi, expenduntur, vt vltimus fructus sit

Incitatio ad eum imitandum.

CHRISTUS

